

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De Carboniano edicto. Rubrica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150738

sed imus per saltum. & ista non est propria locutio. & sic proprie loquendo gradus sumitur. put de iure civili, non prout de iure canonico. Tunc ultra fratres Bertæ erant Bertæ in secundo. filius Bertæ erat dictis fratribus in tertio. ergo nepotes ex illo filio erant de eisdem fratribus. in quarto ergo tibi qui eras filius unius ex fratribus erant in quinto. successio ergo illorum nepotum ab intestato fuit primo loco delata fratri Bertæ qui tunc erat propinquior. tunc ignoras eam delatam ab intestato adiuvit tanquam ex testamento: & decessit alijs relictis hæredibus: tu vidēs additionem ex testamento non valuisse, tanquam factam in gradu quarto. bo. pos. ab intestato velles habere per successorium edictum de quarto in quinto gradum. Imperator dicit quod si ille frater eam postea ab intestato non petiit, potest eam habere. sed si eam petiit secus: quia eam transiit ad suos heredes. ¶ Vltimo gl. j. que est hic semper allegatur. quia filium fratris appellat nepotem. nam proprie loquendo nepos non dicitur nisi filius filij. & sic in descendentibus tamen non in collateralibus. Cuius in usus loquendi habet in contrarium: & istud considerat gl. & no. i. si instituta. §. de inof. ff. de iof. te. & et habet in c. felix. §. ceterum. de pœnis. lib. vj. Statutum ergo quod faceret mentionem de nepote. intelligitur in potiori significato de nepote ex filio. Et ita consuluit Dy. maxime in pœnalis. nisi ex aliquo adiuncto presumptio esset in contrarium. ut si diceret quod frater carnalis & nepos excluderent matrem: quia tunc propter verbum frater quod præcedit, intelligeret de nepote ex fratre. quia talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant arg. in l. si. cui dulcia. ff. de vi. tri. & oleo lega. ¶ Et eo etiam quod dixi quod proprie loquendo gradus sumitur secundum dispositionem iuris civilis non iuris canonici, determinant doct. quod si statutum facit mentionem de gradu, intelligat. put sumitur de iure civili: non put de iure canonico. quo iure plus extenditur in duplo gradus. quia illi qui sunt in quarto de iure canonico sunt in octavo de iure civili. quia multiplicatur secundum multiplicationem personarum. sed quia de iure canonico duæ personæ faciunt unum gradum: consideravit matrimonium: quod non constat nisi ex duabus personis. verba autem statuti potius recipiunt interpretationem à iure civili à quo recipiunt robur. l. oēs populi. ff. de iust. & iu. quā à iure canonico secundum Bal. & l. si nōdum. i. de fur. Conclusio est quod in materia matrimoniali gradus debet sumi secundum ius civile. & ita habet xxxv. q. v. c. ad apostolicā. & Iaco. But. sic dubitando determinavit. Paul.

De Carboniano edicto.

Rubrica.

1. Illi qui est in possessione potest eam petere sibi confirmari.

LEX

I.

Sitibi ac filio. ¶ Si filio impuberi mouetur questio status & bonorum per Carbonianum edictum: debet questio status in tempus pubertatis differri: & satisfactio præstita si non possidet: constituitur possessor honorum hæreditatis: vel si possidet, eius possessio confirmatur. si verò non satisfat, una cum eo erunt in possessione qui contradicunt. hoc dicit. Et supra tractatum est de bo. pos. quæ tribuit ius. Sed hic de illa quæ non tribuit ius, sed possessionem & administrationem. & habet locum quando impubes non fuit institutus, nec ex hæreditate. alijs secus. l. j. §. Pomponius. ff. de i. Et quādo mouet questio pupillo: secus quādo matri tamen. ut in §. si. eiusdē. l. Et gl. ponit eam duobus modis. Primò quod ille pupillus possidebat, & alij venientes ab intestato mouebant sibi questionem de hæreditate: dicentes ipsum non esse filium legitimum defuncti. & ipsi aliter dicebant contrarium: & tunc supersedeat in petitorio moto per venientes ab intest. super hæreditate. Et iste pupillus qui iam est in possessione petet sibi decerni bo. poss. Carbonianam: & interim defendetur in possessione quousque pubescat. ¶ Et sic not. quod ille qui est in possessione potest eam petere sibi confirmari. & ideo licet possessio quæ dat ex l. edicto. j. de edic. diui adri. tol. sit adiutrix possessionis: tamen ille qui est in possessione potest eam petere confirmari sibi. pillam. l. si de aliquo dubitat. licet prima facie videat contrarium. quia phoc non adipsi. facit l. ij. §. missum. ff. de iud. cetera. dic. ut in glossa. Et vide quod no. Bar. infra, de decu. l. i. quis. lib. x. & ff. de oper. no. nun. l. de pupillo. §. qui opus. & l. si expellum. circa si. de appel. & Inno. in c. j. de confir. uti. vel inu.

ti. In fi. gl. j. ibi: [vel solue ut ibi.] dic plenè per Bar. qui distinguit cum queritur an differatur questio status in tempus pubertatis. Aut refertur questio de statu defuncti, & non differitur. l. liber. §. de pe. her. Aut de statu pupilli: & tunc aut pupillus conuenitur quia ipse possidet bona, & per modum repudiationis mouetur questio status, & differunt ut hic. secundum primam lect. aut egit, & tunc aut possessorio petendo se immitte ex carbo. & idem ut hic secundum secundam lect. aut petitorio, puta petitione hæreditatis. & tunc aut contra illum qui cōtendat se hæredem, & non differitur. ut in illa l. j. nisi ex consilio si velit supersederi in petitorio per ipsum inchoato, & transire ad possessorium. & potest hic poni casus. aut agit contra alios puta debitores hæreditarios, vel possessores bonorum non contendentes se hæredes: & differitur. & nihilominus in petitorio proceditur. l. tertia. §. missum. ff. eodem.

LEX

II.

Carbonianum. ¶ Lex præcedens loquitur quando quis decessit intestatus relictis quodam pupillo iam nato, qui se asserit filium eius, & alij contradicunt. ista verò loquitur quā decessit relictis vxore prægnante, quæ postea peperit filium quem mater asserit filium defuncti, & alij contradicunt. Tunc ad hoc ut mittatur nepos ex carbo. oportet quod vter fuerit custoditus per legitimas personas ad instantiam illorum qui asserunt non esse filium: secundum formam & tenorem tituli de ventre inspiciedo. ff. sed si vxor non permisisset se custodiri, denegaretur ei carbo. pos. si autem permisit, non videretur necessaria, quia haberetur pro filio, & hoc est quod voluit gl. nisi vellent probare contrarium. & tunc deueniret ad carbo. pos. Sed etiam antequam pariat potest venter mitti in possessionem per titulum de ven. in pos. mit. ff. ut inde alatur: quia conuenientius est hoc posito quod non sit prægnans ex defuncto, quā quod fame moriatur cum possit esse ex eo. Et hoc vult dicere iste tex. in fi. dum dicit: [rebus vtatur interdum alienis.] quia in dubio sanctius est hoc: cum sit modici præiudicij. ut habetur in l. j. ff. de ven. in bo. pos. mit.

Vnde uir & uxor.

Rubrica.

1. Coniuges adinuicem non dicuntur propinqui, nec consanguinei nec attinentes.
2. Quid si loquatur statutum de affinibus? Propter quod unumquodque tale est, & illud magis. Statutum si loquatur in plurali sine consensu propinquorum: & non habeat nisi unum, quod sufficit consensus illius.
3. Quid si consanguinei quos habet, sunt inhabiles ad consentiendum, quia sunt pupilli: quid fiet? Quid si sunt habiles, & nolunt interesse requisiti?
4. Si uir occidit uxorem: an poterit ei succedere ex hoc edicto? An habeat locum in sponsa nondum tradita ad domum? Quid si ante mortem daret iussu, an poterit alter alteri succedere.
5. Statutum quod mulier non possit testari de dote sua in præiudicium filiorum suorum etiam pro anima nisi de quarta parte: an habeat locum in uidua habente filios, & uolente testari de dote quam recuperauit?
6. Relictum alicui nomine dotis: quod etiam antequam contrahatur matrimonium dicatur dos secundum usum uulgarem loquendi.

LEX

I.

Martus & vxor. ¶ Deficientibus omnibus attinentibus per sanguinem tamen ex linea masculina quæ feminina vocatur vir ad successionem vxoris & econuerso de iure prætorio ex quarto capite edicti per bo. pos. unde vir & vxor. h. d. Et ista bonorum possessio hodie etiam est necessaria. & nisi petatur infra tempus succedit fideus. ut not. in l. ceterum. in fi. §. unde cog. In tex. ibi: [pro antiquo iure.] dic quod loquitur de iure prætorio. & de quarto capite edicti. ¶ In tex. ibi: [seu propinquorum.] No. & tene mēti secundum doct. quod coniuges adinuicem non dicuntur propinqui: nec consanguinei, nec attinentes: quia dicitur quod deficient propinqui: sed si inuicem essent propinqui non deficerent. Si ergo statutum dicat quod causæ inter propinquos, vel consanguineos, vel attinentes debeant compromitti, non habebit locum in causis quæ

Filius fratris. Adde gl. in l. auticulo. ff. de dona. cā mortis. de iure can. sunt multi ex. c. tua nos. & c. quod super his. de cōsan. & affi. c. nō sine. de arbi. c. dilectio. de præben. c. duo pueri. de despo. impube. Ant. resellus in tractatu de success. ab inte.

Vel attinentes. Adde Paul. de ca. in l. si. de ver. sig. & qui veniant appellati de attinenti. vide p. Bal. in c. in lit. in j. col. de test. Ang. in §. cetero nomos. in aut. de ali. & emphy. & diffusē & melius quā alibi per Barba. in repet. l. acutissimi. C. de fideicommiss.